



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Visitatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visitatio, vide Episcopus, Notarius.

1 **I**N visitatione primo prædicandum. & monendum, deinde inquirendum.

* De visitatione multa *Graff. p. 2. c. 28. lib. 3.*

* *Syl. Visitation. nu. 4.*

2 Episcopus visitat Diocesim, Archiepiscopus totam Prouinciam, et si id non videtur esse in vsu. * *Syl. 16. nu. 2.*

1 *Vita, vide Homicidium, Infirmus.*

Non tenetur quis vitã producere quantum potest, nec vti cibis delicatis, & salubribus, nec ad vitam seruandam permittere sibi membrum abscindi, nec vti medicinis, aut remedijs extraordinarijs, aut valde pretiosis, vel laboriosis, nec abstinere pœnitentijs, quæ vitam possunt breuiare.

* Nec vti } *Sot. l. 5. q. 1. art. 6. col. vlt.*

Nec } *Sot. l. c. q. 2. art. 1. Tol. l. 5. c. 6. nu. 8.*

Medicinis } *Sot. l. c. Lopez p. 1. c. 64. col. 3.*

Nec abstinere } *Vide Lopez l. c.*

Nauar. cap. 15. nu. 120. putat m. p. vti asperitatibus notabiliter vitam decurrantibus ei, qui aduertit. idem ferè *Couar. lib. 1. Var. ca. 2. n. 10. Vide Caiet. 2. 2. q. 147. art. 1. P. N. lib. 2. c. 3. nu. 85.* Hoc facere causa pietatis erit veniale. *Caiet. Couar. l. c. Sot. de ratione teg. memb. 1. q. concl. 3. vide Tol. l. 5. c. 6. num. 14.*

2 Vitam potest quis exponere periculo pro suis vel proximi rebus, & etiam pro honore, secun-